

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput X

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

conceperit donec consumatur, ardeat. Flamma quam emitit lucida & odorata est. In ærem sublata & suspensa sensum evanescit; tenuissimæ partes in causa. Hinc medicamentarium in vase milium aut lini semen includunt, eamque sic obruant. *Plater. de L. f. pag. 165.* Odor illius repugnat Veneti; pota, imò attacca genituram extinguit. Quia verò fertur ad caput, si rupuerit secum frigidos humores, & gignere potest somnum, & homines antequam senescant canos reddere. Si cyathus aquæ, in qua tantum Camphoræ conflagrat quantum nucem avellanam æquet, exhibeatur cardiacis & hysterici, statim liberantur. *Heurn. L. 2. Medic.* Frigidam esse putant Neoterici, adjecta ambra mitescere, & ne obscuratitudinis, affundi oleum violarum. Experimento didici, inquit Gartzias ab Horro, in oculorum inflammationibus nivis frigiditatem retulisse. *Mindererus lib. de peste* verò scribit, se, cum portiunculam unam ejus, ægros invisitus, deglutisset, non nisi prætenuerit quandam flammam inuisitus deprehendisse.

## C A P U T X. D E S U C C I N O S E U E L E C T R O.

**A**rborum succum quidam existimant; Malè. Nullibi stant à mari stillantes restnis arbores, quæ decidant in mare, ut ex iis fieri succinum. Certius est, pingue terræ esse succum. Maxima pars inventitur in Borussia, sed & in Curlandia parte Livoniæ, non tam tam copiosum. Capitur reticulis tanquam pisces. Cum Favonius aut Corus vehementius mare comparet, omnes ad littus convolant, reticula lino intexta in manibus. *Agricol. in lib. de fossil.* Ventis sedatis, sed mari æstibus fervente, ad fluctus recessum, ex fundo succinum hauriunt, similemque pulegii herbam, quæ in eodem crevit. Captum fertur ad præcessum.

Etos, succini ponderi æquale salis substituitur pondus.  
 Singulis mensibus aureorum Rhenens, decem millibus  
 vendi dicitur. Apud Schetlandæ Buchaniam equo ma-  
 jor quondam appulit massa. Rustici ignari thuris lo-  
 cum ut impletet fecerunt. *Hector Boettius in histor. Sco-*  
*tia.* Effigies ex eo sunt pretiosissimæ. Romani in tan-  
 tis deliciis habebant, ut hominis quamvis parva effi-  
 gies, vivorum hominum pretia superaret. *Plin. His-*  
*Natur.* Africatum trahit paleas, nisi oleo aut aqua im-  
 butum fuerit. In spiritu sicco quidam querunt cau-  
 sam: at lactucam viridem traxisse vidit *Scalig.* *Exerc.*  
 104. s. 12. Quidam in translementari facultate: ex  
 accidenti id esse nonnulli judicant. *Fernel. l. 3. Med.*  
*cap. 4.* Spiritus enim habet penetrantes & acres, simu-  
 lque glutinosos & pingues Attenuati affrictu incales-  
 cent, & facile res leves pervadunt, prorumpentes.  
*Libav in lib. singular.* Frigidis cum occurunt, coa-  
 gulantur, coagulati versus originem retrocedunt. Ca-  
 lor enim à contratio rejicitur hoste. Si ex paleis & fer-  
 ro tenuem miscueris pollinem, trahet succinum paleas,  
 ferrum Heraclius. In littore ad Pucecam cinereum est  
 quondam effossum, quod postquam fuit attritum  
 ferro, folia qua humi jacebant, duorum pedum ab iis  
 remotum spacio, in sublime sublata ad se traxit. Odor  
 candidi est præstantissimus. Cum ramentis ejus pestis  
 causa conclavia sufficiuntur, ad tertium diem odore suo  
 permanet. Quodvis tenui igni accensum ex flamma  
 evolat. Elicitur ex succino oleum magni in Medicina  
 usus, Balsamo enim substituitur. Pestis correptos vii  
 guttæ, cum aqua Cardui bened. & sale artemisia re-  
 stituunt, & solius suffici senex quidam in arce Alten-  
 burg. Consul Apoplecticus ex morte postlimiò ad vi-  
 tam revocatus est. *Doring. de opio.*